



Hi enim unà cum Petro Ernesto Mansfeldio tanto impetu hostium frontem aggressi fuerunt, ut turbatis primum ordinibus, cæteri aucto tumultu in sese revoluti, confusis atque apertis et dem ordinibus, inutiles ad pugnam redditi sint. Principium fugæ à l'xis, negotiatoribus, & cæterâ imbelli turbâ quæ castra sequitur, factum, quod secum etiam extemplò militares viros traxit. Itaque profligato equitatu peditatus se densatis ordinibus continebat, sed displois eminus tormentis fracti ac dissipati inter Essinum pagum & Rizerollam castellum post longam cruentamque stragem, (nam quatuor ferè horas pugnatum) omninò deleti sunt: qui superfuerunt ex peditatu, agminatim in hostium potestatem pervenerunt. *Continua-*

*tio Sleidani. Thuanus.*